Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36485
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ia in his quæ cendis uersant. quæ uis mirandam crudiri. ad inuestigandaca uenerunt. sic patiunt bonus docibil esse bent. atq; ab omni corpore consuetudine quantum in hac uita permittit se mutauerunt. fieri autem non potest quadam diuina pudentia aut religiosis animis se ipsos. et dim suum id est uerum pie. caste. ac diligenter quærendi facultas desint; si abiste a quæstione. nisi qd tu ad hæc mouet. I a recedam si placet. et ad alia transeam. Quid qd autem de illis figuris loquam. an obis fortasse disputatum est quæ uolebam. uidebis quantum ad alia ualebit. si hanc disceptationem aliqd coadiuta est concedis. Nam et exercet animum hoc genus disciplinarum ad subtilior cernendam. ne lucem illam repercussus. et ea sustinere non ualens. in easdem tenebras quas fugere cupiebat libenter refugiat. et affert argumenta non fallor certissima. quibus qd fuerit inuentum atq; confectum. in pudentem habeat dubitatione. quantum hominis talia in uestigare permissum est, primum enim ego de his rebus dubito. quæ de his quas istis oculis uidemus cum pretium semper bellum geremus; Qd enim minus ferendum et audiendum est. quæ fatemur nos ratione prestare bestiis. et cum re fatemur esse aliqd quæ corporeo lumine uidemus. quæ cum in nulle bestie melius cernunt. id autem qd ratione intuemur. nihil esse contendere. qd si dicerentur tale esse. quale illud est qd oculi uident. nihil profecto dici posse indignius uideretur. Accipio ista libentissime atq; assentior. illud me mouet. cum corporeæ quantitatis non sit anima res ita clara sit mihi. ut omino quæ admodum resistam illis argumentis. et qd eorum non concedam prorsus ignorem. primum cuiscam ut corpus crescit. ita et anima. I crescat. I crescere uideatur. Quis enim negat pueros infantes. ne bestiarum quidem nullarum astutiæ comparandos. quis autem dubitet illis crescentibus ipsam in eis quodammodo crescere rationem. denique si per spatium suum corporis anima distendit. quomodo nulli quantitatis est. si autem non distendit. quomodo sentit ubique pungentem. Omnino ea quæris.